

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT VII.

DE CAMMERO & CONCHA
MARGARITIFERA.

Cammarus cancer est fluviatilis: In ejus capite bini lapilli, globi dimidiati, plenilunio reperiuntur figura. *Agricola* vesci carne dicit. Nam & in nassis rodit lucrum. *Alb.* & carnibus in Danubio navibus alligatis, inque aquam suspensis, magnam cancerorum adhærente multitudinem scripsit *Gesnerus*. Junio mense ad pascua exire, ranas aperte, & herbis vesci quidam prodidere. Laete sine aqua potatus, multis vivit diebus. In aqua per dies tredecim vivum conservavit *Gesnerus*. In vino sublimato & accenso positus statim rubescit, & vivus inter coctos apponi potest. *Georg. Pictorius*. Mares à foemini facile discernuntur. Nam illis ea parte qua corpus ad caudam continuatur subitus, quatuor longæ & prominentes adsunt virgulæ, desunt his. Cauda etiam illorum rotundior, planior ac spissior est. Pulverem ex oculis eorum cum aqua foliorum perfici potum, post venam sectam. *Leonellus Faventinus*, ad notham commendat pleuritidem. Dentes inficatus pollen dealbat & purgat. *Concha margaritifera* interdum tam grandis in India reperiuntur, ut referant, in Mari Insulae Borneo inventam, cuius cato pondo septem & quadraginta librarum pependerit: de quo tam dubitari possit.

CAPUT VIII.
DE COCHLEA.

Cochlea quas Pomatias Dioscorides appellat, plurimæ in montibus Tridentinis reperiuntur, illæque præstantissimæ. Eruuntur è terra & frutetis hyeme, uncis quibusdam ferreis, prope fruticum radices circumfossa terra. Contra frigoris injuriam albo teguntur ope-

operimento, gypsi referente speciem, sic terra se conidunt, coniecte gratiiores dein in cibis. *Matthiolus.* Oculos in summitate cornuum habent, illosque approximante aliquo in cornua retrahunt, cornua in caput, caput in corpus. *Albertus.* Ova patiunt candida, oculorum lucii piscis magnitudine, & incubantes mensa Majo reperiuntur. *Gesnerus.* Albertus ex putredine & visco generari rore voluit, viscositatemque illam in testam durescere. Idem *Porta* placuit. *Phytol.* l. 5. c. 4. *Plin.* l. 9. c. 5. Tempore hyberno nasci scribit. Vivaria eorum instituit Fulvius Hirpinus in Tarquinensi, paulo ante civile bellum quod cum Pompejo Magno gestum est, &c. *Plin.* l. 9. c. 56. Impetuntur in Scyatho insula perdicibus, sed easdem, qui ex genere eorum ationes vocantur, decipiunt. Egressae enim testis suis pascuntur, inanes ardeis & perdicibus relinquent. *Aelian.* l. 10. c. 5. Andreas Furnerus *Gallus*, ad capillos multiplicandos ex eis refert hoc remedium. *Limaces trecentas* sau*testis* exemptas, in aqua discoquens, & extractis denso, pingue quod supernatat, colligens; idque in vase vitreato recondens, & superinfundens sextarium aqua in qua folia *Lauri* decocta fuerint; & tria cochlearia olei de olivis, mellis cochleare unum, croci scrupulum, & parum saponis Veneti, & cochlearium communis, modico conquisfati. *Bullianus* simili omnia. Hoc liquore capillos saepius inunges, & lavabis lixivo facto de cinere combustorum brassicae caulinum, (locus est obscurus vel corruptus) & percipies pilos quotidie augeri.

C A P U T IX. D E C U L I C E.

Culicum magna est in Aegypto copia. Hinc *Herodus Conopaeam* appellat, & *Bellonius* Obs. l. 2. c. 35. ita se prima nocte ab eis vexatum scribit, ut post die exanthematibus laborare videretur. In diversis Indiae locis culicum sunt species, quarum alia astivo maxime tempore, expurgatis campis, in sylvis abundan-